



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Onvs Ecclesiae. In hoc libro ... admiranda quædam ac  
planè obstupenda, de septem ec-  
clesiæ statibus,  
abusibus quoq[ue] grauissimis, & futuris eiusdem  
calamitatibus ex sanctor[um] pro-  
phetijs & ...**

**Pürstinger, Berthold**

**Coloniæ, 1531**

**VD16 ZV 12498**

Prouocationes ad poenitentia[m]. Cap. 30

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29969**

DE PROVOCATIONE AD PENITENTIAM

to magis humilietur. Ideo Christus nō statim post reuelationē facit iustitiā suā; Nam verba reuelationū prius debēt crescere vsq; ad plenā maturitatē, tunc effectum suū in mūdo producēt. Et infra: Multa dicta sunt tibi, quæ nō statim perficientur, sed verba custodiri debēt ad præfinitū tēpus. Nā deus ostendit Moyfi plurima quæ nō cōpleta sunt vna hora: sic David lōgo tēpore ostēsus fuit rex, anteq̃ peruenit ad potestātē, ideo amici dei expectēt paciētē, & nō atredientur in operando: quod em̃ differtur nō aufertur, tamen si spes quæ differtur, affligit animam, si autē desideriu cōpleatur, delectat animam. Expecta ergo dñm & viriliter age, & dicas: Salutare tuū expectabo dñe, quoniā nō cōfundetur qui expectant dñm, qui paciēs est, & multæ misericordiæ & verax. Sequitur in Birgitta: Si cōfiliū dei certo sciretur tēpore, tūc aliqui propter præscitos casus cōtrarios turbaretur, sicut ex tã dio à desiderio, & feruore suo desisterēt. Mitto autē nūtiū meū regi, tã propter eos q nūc sunt præsentēs, q̃ propter eos q nōdum sunt nati.

IX § Catharinæ deniq; Sēñ. nōnulla de diuina paciētia sunt reuelata à deo dicēte: Peccatores ad pœnitētiā expecto cū misericordia, qui pro suis iniquitatibus viuī ab inferno deglutiedī essent, illos tamen fructibus terræ nutrio, solis calore foueo, cœlesti motu cōseruo, quasi diceret, qui solē meū oriri facio sup bonos & malos, & pluo sup iustos & iniustos. Itē peccatores in rebus ac delictis tēporalibus sustineo, iustos etiā pro eisdē peccatoribus ad me clamātes audio. Nēpe sancti tum in cœlis, tū in terris suas orationes ad deū pro nobis peccatoribus cōtinue fundūt, quē admodū eidē Cath. reuelatū extitit. Ne autē sedulæ sanctoꝝ preces frustrētur, ne etiā paciētia dei despiciatur, igitur in hoc ipso pœniteamus & indulgentiā dñi suis lachrymis postulemus, humiliemusq; illi animas nostras, ac dicamus, vt secūdū volūtatem suā faciat nobiscum misericordiam suā, vt sicut cōturbatū est cor nostrū in superbia & peccatis, ita de nostra humilitate & pœnitentiā gloriemur. Interim equidē angelica cohors differt executionem diuinā vltionis, donec deo recōciliemur.

De prouocatione ad pœnitētiā, Cap. XXX.

**L**enta profecto et moderatio pietasq; benigna nostrū potissime reditum quærit, ac nos extensa sua bonitate cupit saluari. Si autē in peccatis fordescētes adeo duri colli sumus vt ad dei expectationē non cōuertamur, tūc vltērius altissimus facilliter nō miserebitur nostri. Ex quo itaq; ad dei paciētiam & diurnā indulgiōnē pro nostri emēdatione & vitæ melioratiōe nō laboramus, neq; pœnitere curamus, oportet prædicare in nomine Christi pœnitentiā euāgelicā & remissionē peccatoꝝ in omēs gētes. Siquidē ex suprascriptis patet, ecclesiā in suis mēbris fornicatā esse cū amatoribus multis.

I § Quā quidē ecclesiā deus om̃ipotēs cōminatione futuræ & propinquæ plagæ multiphariæ prouocat ad pœnitētiā dicēs: Emulare & pœnitētiā age, ecce ito ad ostiū & pulso. Rursus in scriptura veteris legis inqt: Reuertimini à vijs vestris pessimis & custodite præcepta mea, sicut misit ad vos in manu prophetarū. Quotiescūq; em̃ homo pœnituerit, dedit ei dñs virtutē resistēdi, scilicet peccatis, quia paciēs est dñs ergo pœniteamus, & indulgētiā eius postulemus, humiles expectemus cōsolationē eius, & liberabit nos de afflictionibus inimicoꝝ nostrorū. Itē Ecclesiasticus: Si pœnitētiā nō egerimus, incidemus in manus dñi, qui dedit pœnitētibus viā iustitiæ. Ideo cōuertere ad dñm & relinque peccata tua, reuertere ad dñm, & auertere ab iniustitia tua, nō demoreris in errore impioꝝ, ante mortē cōfiteri, magna est misericordia dñi, & propitiatio illius cōuertētibus ad se. Amplius itaq; bonū est, vt correptus manifestet pœnitentiā, Pœnitimini ergo & cōuertimini vt deleātur peccata vestra. Itē in Esaia: Si reuertamini, & q̃escatis, salui eritis. Et infra: Reuertere ad me qm̃ redemi te. Nūc igitur q̃ redēpti sumus à dño, reuertamur. Itē: derelinquat impius viā suā, & reuertatur ad dñm & miserebitur eius quoniā multus est ad ignoscēdū.

II § Præterea in Hieremia dicit dominus: Reuertere ad me & ego suscipiā te. Cōuertimini filij reuertētes, & sanabo auersiones vestras. Idem: Cōuertimini ad me, & ego cōuertar ad vos, conuertimini de vijs vestris malis. Et infra: Confortasaini,

5. Bir. 12.  
 8. Bir. 4  
 1. Reg. 16.  
 ff. de arbi. 1.  
 quis.  
 Prouer. 13  
 Psal. 26.  
 Gene. 49.  
 Esaia. 49  
 Psal. 85.  
 8. Bir. 48  
 Cath. Sē. c  
 80.  
 Mat. 5. in fi.  
 Ca. Se. 15. &  
 ca. 49. & ca.  
 86. & ca. 43.  
 cū similibus  
 Judith. 8  
 Di. 93. diaco  
 ni. in fi.  
 Luca. 24  
 Hier. 3.  
 Apoca. 3  
 4. Reg. 17  
 Judith. 5. 8.  
 Eccle. 2.  
 Eccle. 17  
 Eccle. 20  
 A. 10. 3  
 Esa. 50. 44.  
 Esa. 51. & 55  
 Hier. 3. te.  
 Hier. 3. 4

8. in proce.  
 §. 5. & §. ca.  
 7. §. 5. & j. c  
 33. §. 8. & j. c  
 44. §. 10  
 j. c. 32. §. 10.  
 8. eo. §. 6  
 j. c. 36. in pr.  
 §. c. 17. in fi.  
 & §. c. 5. §. 4  
 & j. c. 34. §. 2  
 §. c. 29. §. 2.  
 §. c. 29. §. 5.  
 & j. eq. §. 3.  
 §. c. 15. §. 18.  
 §. c. 28. §. 10  
 & j. ca. 37. in  
 prin. & j. c.  
 43. §. 7  
 §. c. 17. §. 25  
 & j. c. 35. §. 13  
 §. c. 28. in fi.  
 §. c. 15. in fi.  
 §. c. 1. §. 5. &  
 j. eo. §. 6  
 j. ca. 45. §. 3.  
 §. c. 28. §. 12.  
 & j. eo. §. 5.  
 j. c. 41. in pr  
 fortasaini,

fortamini, nolite stare, quia malum ego adduco ab Aquilone, & contritionē magnam, ciuitates tuæ vastabūt: super hoc accingite vos cilijs, plāgite & vlulate, quia nō est auersa ira furoris domini à vobis. Et infra: Repēte loquar aduersus gentē, & aduersus regnū, vt eradice & destrua, & disperdara illud. Reuertamur ergo ad dominū & leuemus corda nostra cum manibus in cælo, quia inique egimus. Item in Michea: Quoniā volens misericordiā est, reuertetur & miserebitur nostri. In Zacharia ait dominus: Reuertar ad Hierusalē in misericordiā. Item reuertimini ad me, & reuertar ad vos.

III § Ad hoc Sophonias: Quærite dñm anteq̄ veniat super vos ira furoris ac indignationis domini. Iterum dominus per alium prophetam: Cōuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio & fletu & planctu: & scindite corda vestra & nō vestimēta vestra, & cōuertimini ad dominū deū vestrum, quia benignus & misericors est & patiens, & multæ misericordiæ, & præstabilis super malitiā, q̄s scit si cōuertatur & ignoscat deus, & relinquat post se benedictionē: Qui per sapientē inquit: Cōuertimini ad correptionē meam, en proferā vobis spiritū meū, & ostēdam vobis verba mea. Idem in Ezechiele: Cōuertimini & agite pœnitentiā ab omnibus iniquitatibus vestris, & nō erit vobis in ruinā iniquitas, quia nolo mortē peccatoris, sed vt magis cōuertatur & viuat. Ideo cōuertimini à vjs vestris pessimis. Similiter Oseas inquit: Venite & reuertamur ad dominū, quia ipse sanabit nos, percutiet & curabit nos. Et infra: Cōuertere Israel ad dominū deum tuū, quoniam corruisti in iniquitate tua. Et paulo post: Conuertimini ad dominum, & dicite ei, omnē aufer iniquitatē.

III § Ad hoc psalmista: Deus iudex iustus, & patiens, nūquid irascetur per singulos dies: nisi cōuersi fueritis, gladiū suū vibrabit, arcū suū tetendit. Et infra: Multiplicate sunt infirmitates eorū, postea accelerauerūt. scilicet ad pœnitentiā. Timeat dñm om̄s terra. Itē: Quærite dñm & cōfirmamini, quærite faciē eius semp̄, memētote mirabiliū eius quæ fecit, prodigia eius & iudicia oris eius.

V § Sedulo est animaduertenda ista Christi parabola: Quid à vobis ipsis nō iudicatis quod iustū est: cum vadis cū aduersario tuo: principem in via, da operā liberari ab illo, ne forte trahat te ad iudicē, & iudex tradat te exactori vel ministro, & exactor mittat te in carcerem. Dico tibi, non exies donec etiam nouissimum minutū reddas. Aduersarius quidē noster est sermo dei, quē iniuste ledimus, eius violando doctrinas, ideo quasi iustam habet causam trahendi nos ad deum principē: vel aduersarius est spiritus, qui aduersatur carnalibus cōcupiscentijs. Cū itaq; in via præsentis vitæ pergimus ad videndum placatā dei faciē, tunc danda est opera vt liberemur ab huiusmodi aduersario, quod fiet, si carnē spiritui subijcimus, atq; sermoni diuino paremus. Alioquin si talē aduersariū nostrū cōtemnimus, tūc in examine districti iudicij condemnabimur, & deus iustus iudex tradet nos exactori, id est diabolo, q̄ executor est diuinæ iustitiæ, is pro reatu nostro retrudet nos in gehennā, vnde nō exhibimus donec pro minimis peccatis puniti fuerimus. Hinc subdit saluator: Si nō pœnitentiā habueritis om̄es simul peribitis, ecce relinquetur vobis domus deserta.

VI § Quippe cūtipotens deus, iuxta Esdræ sententiā, iudex est dicētis: Timete eū, desinite à peccatis vestris, & obliuiscamini iniquitates vras iā agere in sempiterno, & deus educet vos, & liberabit de om̄i tribulatiōe, ac pœnitebit eū. Ita regi Ezechia morituro, cū cōuerteret se ad dñm, p̄ Esaiam dixit dñs: Audiui orationē tuā & vidi lachrymas tuas, ecce ego adiiciā sup̄ dies tuos quindecim annos, & de manu regis Assyriorū eruam te & ciuitatē istā, & protegā eam. Pariter & Niniuitæ liberati sunt quādo Ionas ad eos clamauit: Adhuc quadraginta dies & Niniue subuertet, cōuertatur igit vir à via sua mala, & ab iniquitate quæ est in manibus eorū, q̄s scit si cōuertat & ignoscat deus, & auertat à furore iræ suæ & nō peribimus: & vidit deus opa eorū, quia conuersi sunt de via sua mala, & misertus est super malitiā quā loquutus fuerat, vt faceret eis, & nō fecit. Imò ipsi cōmendātur p̄ saluatōrē dicentē: Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione Iudaica, & cōdemnabūt illam, quia pœnitentiā egerunt in prædicatione Ionæ.

§.eo. §.2  
§.c.15. §.38.  
& §.c.32. §.3  
§.c.35. §.15  
§.cod. §.6.

§.eo. in pri.  
& §.c.11. §.2  
& §.c.10. §.7.

§.c.29. §.6.  
§.c.28. §.8.  
& §.c.31. §.11  
§.c.29. §.4  
& §.c.41 §.8

§.c.27. §.12  
& §.c.34. §.2  
§.ca.15. §.2.  
& §.c.31 §.15  
§.c.15. §.32

§.cod. §.1.  
& §.c.1. §.5.  
§.c.15. §.19.  
& §.c.32. §.4  
§.eo. §.3.

Hiere. 18  
Treno. 3

Mich. 7  
Zacha. 1  
Malac. 3  
Sopho. 2  
Iohel. 2

Prouer. 2  
Ezech. 18

Ezec. 33.  
Osee. 6  
Osee. 14.

Psal. 7.

Psal. 15  
Psal. 32, 104

Luca. 12.

Matt. 5.

Galat. 5.

Luca. 19

4. Esd. 16  
Esaia. 38

Ionæ. 2.

Luca. 11

DE PROVOCATIONE AD POENITENTIAM.

- De pecc. dif. 1  
quã obrẽ. cũ  
ca. sequẽ.
- Hiere. 18  
Pfal. 105.
- Hiere. 26
- Hiere. 29
- Matth. 9  
Luc. 9. in fi.
- Eccl's. 12
- Sap'ia. 12
- Roma. 2  
z. Mach. 12  
Apo. 2.
- Apo. 9
- z. Cor. 7
- Gala. 6  
Ephẽ. 5  
Colos. 1. & 3
- Titum. 2  
Tit. 3
- Hebræ. 2.
- Atqui deus videt suam sententiam quando homines sua opera in melius mutant; neq; em̄ deus hominibus irascitur, sed vitijs, quæ cũ in homine nõ fuerint, nequaquã punit quod mutatum est, quoniã pius atq; misericors est dñs, qui vindictã temperat ab eo qui illam pœnitẽdo puenit. Ait nãq; in Hieremia: Si pœniã egerit gens illa à malo suo, ago & ego pœniã super malo quod cogitauit, vt facerem ei. Nam pœnituit eum secundum multitudinem misericordiæ suæ.
- VII § Rursus ad Prophetam dñs: Noli subtrahere verbũ si forte audiãt, & conuertatur vnusquisq; à via sua mala, & pœniteat me mali quod cogitauit facere eis propter malitiam studioꝝ eorũ. Et infra: Cogito super vos dicit dñs, cogitationes pacis, & non afflictionis, vt dem vobis finem & patiẽtiã & inuocabitis me, & viuetis, & orabitis me, & ego exaudiã vos, quæretis me & inuenietis. Hinc filijs hominis non venit vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam. Similiter non venit animas perdere, sed saluare.
- VIII § Dignos in sup pœnitentiã fructus facere iubemur, quales nos partim Ecclesiastes docet, vbi dicit: Amoue malitiam à carne tua, memẽto creatoris tui anteq̄ veniat tempus afflictionis tuæ, anteq̄ tenebre scãt sol & lumen & stellæ & luna, & reuertantur nubes post pluuiã: excelsa quoq; timebũt, & formidabũt in via: anteq̄ rumpat funiculus argenteus, & conterat hydrya super fontẽ, & confringatur rota super cisternã. Et alibi Sapiẽs ad dñm: In habitatoribus terræ tuæ sanctæ tanq̄ hoibus pepercisti, & misisti antecessores exercitus tui vespas, id est, Titum & Vespasianũ, vel timores qbus corda hominũ pungunt vt illos paulatim exterminarent, non quia impotẽs eras, in bello subijcere impios iustis, aut bestijs seuis, aut verbo duro simul exterminare, sed partibus iudicãs dabas locũ pœnitentiæ, non ignorãs, quoniam iniqua est natio eorũ, & naturalis malitia ipsorũ. Et paulo post: Bonæ spei fecisti filios tuos, qui iudicãs das locũ in peccatis pœnitentiæ. Si em̄ impios cum tanta cruciasti attentione, dans tempus & locũ per quẽ possint mutari à malitia, cum quanta diligẽtia iudicas filios tuos: cũ ergo nobis disciplinam das, inimicos nostros multipliciter flagellas, vt bonitatẽ tuam cogitemus iudicantes, & cum de nobis iudicatur, speremus misericordiam tuam: qui aut in crepationibus. i. plagis nõ sunt correcti (vt Pharao) dignũ dei iudiciũ experient. Nã scdm duritiã suã & cor impcẽnitẽ thesaurizat sibi irã in die iræ. Quã obrẽ fortissimus Iudas Machabæus hortabat populũ cõseruare se sine pctõ, sub oculis vidẽtes quæ facta erant pro peccatis eorũ q prostrati sunt. Hinc dñs Iesus populo Chfiano cõminat, dicens: Venio tibi & monebo candelabrũ tuũ, id ẽ, ecclesiam de loco suo, nisi pœnitentiam egeris: ergo pœnitentiã age, si quo minus, veniam tibi cito, & pugnabo cum illis in gladio oris mei, & dedi illi tempus vt pœnitentiã ageret, & nõ vult pœnitere à fornicatione sua.
- IX § Porro locustæ (qbus demonũ immisiões vel satellites significant) nõ pnt spũaliter ledere hoies faciẽtes dignũ fructũ pœniæ, nisi ipsi seipos lædãt p prauum cõsensum: affirmat nãq; Et pceptũ. i. refrenata est ptãs, illis locustis ne læderẽt, nisi tm̄ hoies q nõ habẽt dei signũ, i. verã pœniã, in frõtibus suis. De illis verẽ pœnitẽtibus Ap'ls inq;: Gaudeo qa cõtristati estis ad peniã, cõtristati em̄ estis scdm deũ, vt in nullo detrimẽtũ patiamini ex nobis: q em̄ scdm deũ tristitia ẽ, pœnitentiã in salutẽ stabilẽ operat: seculi aut tristitia, i. accidia mortẽ opat. Et infra: Ergo dũ tps habemus, opemur bonũ ad oẽs, maxime aut ad domesticos fidei. Vide te itaq; frẽs, quõ caute ambuletis redimẽtes tps, qm̄ dies mali sunt. Et infra: Cum essetis aliquñ alienati & inimici sensu in opibus malis: nũc aut recõciliauit vos Chrs p mortẽ. Mortificate ergo mẽbra vĩa q sunt sup terrã, fornicationẽ, immũditiã, libidinẽ, cõcupiscentiã malã, & auaritiã, &c. propter quæ venit ira dei sup filios incredulitatis, in qbus aliquãdo ambulastis cum viueretis in illis.
- X § Et infra: Apparet autem gratia dei & saluatoris nostri in oñibus hominibus. Siquidem eramus aliquando insipientes, increduli, errantes, seruientes desiderijs & voluptatibus varijs, in malitia & inuidia agẽtes, odibiles, odiẽtes, inuicem: cũ aut benignitas & chumauitas Christi apparuerit, saluos nos fecit. Et infra: Omnis prauaricatio & inobediẽtia accepit iustam mercedis retributionem, ergo q-

§. c. 1 §. 4 &  
j. c. 53 in pri.  
& j. c. 61 §. 2  
j. c. 35. i. pri.

j. c. 56. §. 10

§. eo. §. 3. &  
§. c. 15. §. 26  
& j. c. 31. in  
prin.

§. c. 15. §. 31.  
j. eo. §. 12 in fi

§. c. 10. in fi

j. c. 31. §. 1

j. c. 35. §. 15  
§. c. 29. §. 4.  
& j. c. 31. §. 7  
§. c. 29. §. 7.

j. c. 47. §. 1  
§. c. 28. in fi.  
§. c. 29 §. 7 et  
j. c. 31. §. 13

§. c. 25. §. 14  
& j. c. 40 §. 5  
§. c. 15. §. 20

§. c. 28. §. 6.  
§. c. 15. §. 40  
& j. c. 53 §. 18

§. cap. 16. in  
prin. & j. c.  
49. §. 19

§. c. 28. §. 10  
§. c. 27. §. 5.

§. ca. 28. §. 1

& J. c. 58. §. 6 go quomodo nos effugiemus, scilicet plagā dei si tātam neglexeritis salutē, nobis nō tātum in veteri lege per prophetas, sed iam in nouo testamēto per ipsum saluatorē tum sermone, tū etiam signis & portētis, ac varijs virtutibus, & sancti spiritus distributionibus reuelatā: Christus potēs est eis, qui tentātur, auxiliari. Rursus apostolus: Cōsideremus inuicē in prouocationem caritatis & bonorū operum, & tāto magis quādo videritis appropinquātem diē. Terribilis autem quādam expectatio iudicij, & ignis amulatio quā cōsumptura est aduersarios. Et infra: Noe respōso accepto, ne his quā adhuc nō videbātur metuens, aptauit arcam in salutem domus suā. Per id apostolus nos docet, vt apertemus pēnitentiā in salutē nostrā.

§. c. 4. §. 8.  
& J. c. 31. §. 9  
§. c. 2. §. 1  
J. c. 33. §. 3.  
§. c. 15. §. 18  
J. eo. §. 12  
J. c. 40. §. 9.  
J. ca. 35. §. 15.  
J. c. 31. §. 1 pr  
§. c. 16. §. 5.  
& J. c. 31. §. 12  
§. c. 27. §. 1.  
§. c. 26. §. 5.  
§. cod. §. 11.  
& J. c. 31. §. 12  
J. c. 39. §. 1  
§. c. 22. §. 11.

XI § O peccatores cōsiderate pēnitentiā virtutē quoniam grata est deo, angelis lætabunda, hominibus utilis, peccatoribus necessaria. Dicit em̄ hominibz ad angelos creaturā reddit creatori, ouem perditā demonstrat quā rēti: prodigū filiū reducit ad patrem, & vulneratū à latronibus custodi curā dum tradit. In hac om̄e bonum inuenitur, per hanc om̄e bonum cōseruatur, fugat tenebras, inducit lucē, ipsa est ignis peccata cōsumēs. Hæc Augustinus. Pēnitēmini igitur & cōuertimini, vt deleātur peccata vestra. De nullo certe peccatore est desperandum quā diu patiētia dei ad pēnitentiā illū expectat.

XII § Pericula autem nostra futura ostendūt nō ad cōfusionē hominum sed vt cōuertātur, & cognoscāt iustitiā & misericordiam dei: assueti em̄ sunt homines sordibus, & nisi verberibus nō erudiūtur. Vtinā in disciplina se cognoscāt & respiciāt. Quocirca Christus apud Birgittā sē penumero pēnitentiā subire nos admonet inquis: Misericordiā meā iam venit utpote per reuelationes, ideo discāt homines quærere misericordiā, & de iudicij sibi præcauere. Et infra: Occurrā pēnitentiā in media via, sicut pater filio prodigo, & auferam eū de custodia sua sicut iudex misericors, ne videat mala futura. Ille vero qui permanet in lepra sua: morietur cū his qui pleno sunt vtre, & sepelietur, ac iudicabitur cū leprosis. Et infra: Nisi se em̄dauerint, permittā eos modico tēpore incedere per viā volūtatis suā, deinde ducā eos per viā similē spinis & punctionibus. Et infra: Ohō, ego scilicet Christus clamo ad te misericorditer, q̄ clamaui ad te in cruce lachrymabiliter, eleua aures tuas & exaudi me, aperi oculos tuos & vide me, inquire potētā meā in veteri lege, & inuenies eā in creatiōe creaturāz om̄ mirabilē & timēdā: vide iustitiā meā in primo angelo, & in primo hoīe, ac ī diluuiō, vide in reliq̄z ciuitatū submersiōe, vide admonitiōē pphetaz. Audi nūc alti⁹, q̄ nisi egeris pēnitentiā veniet tibi vā, q̄ vā caro tua arefcet, aīa pauore dissoluet, & medulla tora dissecabit, fortitudo infirmabit, pulchritudo euanescet, vita habebit dē dio, fuga q̄retur, & nō inueniet: ideo fuge celeriter ad latibulū humilitatis meę, ne veniat vā q̄d minaf, q̄a ideo minaf vt fugiat, si credideris corde: sin autē, opus dabit sinē verbis. Tādē beata Maria ait: Magnū periculū est nō curare recōciliari iudici ante q̄ gladius separat caput à corpore: tale periculū instat homini nō attēdēti recōciliari iustitiā dei ante q̄ mors separat animā à corpore.

6. XIII § Ex quo autē nūc videmus tps & dies malos instātes & phialas irę dei videlicet quintā & sextā esse sparsas, ac sigillū sextū apertū, nec nō diabolū diffusū cōtra om̄es hoīes maxime cōtra Christianos, exigētibus demeritis nostris, quia circa nos om̄is deficit religio. Apprehēdamus ergo nos morbidi peccatorum res medicinā pēnitentiā, sine qua saluari nequimus. Et cōuertamur ad pēnitentiā fructuosam, ac faciamus iustitiā corā dño, credentes q̄ suā nobiscū faciat misericordiā. Anima nostra sit liquefacta, quē admodū dilectus Chr̄s loquutus ē. Adeamus cū fiducia ad thronū gr̄e eius, vt misericordiā cōsequamur, & grām inueniamus in auxilio oportuno. Humiliemur deniq; sub potētī manu dei, vt nos exaltet in tpe visitationis, & cōuertamur ad dñm ex toto corde cū ieiunijs & fletu & plāctu peccata obmittētes, vitāq; nostrā em̄dantes in melius, benignus em̄ & misericors est deus, suā acerbā sententiā in dulcē executionē mutaturus ad nostrā. s. pēnitentiā, qua cito à deo veniā impetremus ante q̄ pereamus in æternū.

¶ De admonitionibus futurę calamitatis. Cap. XXXI.

Quoniam

Aug. 3. de tri  
ni. 9.

Heb. 10.

Heb. 11.

Aug. de pē  
nitentiā.

Th. 4. di. 14.

q. 2. p. 10.

Lucā. 15

Lucā. 10

Actū. 3

De pē. di. 1.

c. nemo.

8. Bir. 26.

2. Mach. 6.

4. Bir. 131

2. Bir. 17.

4. Bir. 31.

6. Bir. 7.

Bir. extr. 82.

& c. 86

Apoc. 16

Thobiaz. 13.

Cantic. 5

Heb. 4.

1. Petri, 5